

1197, abril, 3

*L'abadessa Agnès de Sant Daniel estableix a Castelló de Candell un mas que havia tingut el pare d'aquest, situat a Fellines.*

ASD núm. 55, perg. orig., 157 x 135 mm. Còpia: Llibre 11, f. 233v.

Sit notum cunctis quod ego Agnes, Dei gratia Sancti Danielis abbatissa et conuentus mihi submissus donamus, laudamus, concedimus atque reddimus tibi Castillioni de Candello et tue posteritati et tuis perpetuo illum mansum cum omnibus suis pertinentiis et tenedonibus cultis et in cultis sibi quocumque modo pertinentibus et cum arboribus cuiuscumque generis ibi sunt uel fuerint qui fuit patris tui olim defuncti, qui etiam est in parroechia Sancti Martini de Fellinis, in uillare de Candello. Sicut melius pater tuus illum olim habuit et tenuit per ecclesiam nostram et sicut melius potest dici et intelligi ad tuam tuorumque hutilitatem, sic illum cum omnibus ad se pertinentibus tibi et tuis in perpetuum donamus, laudamus, concedimus atque reddimus ut habeas illum et explete ad fidelitatem et seruitum nostrum successorumque nostrorum ad omnes uestras uestrorumque uoluntates facendas, saluo iure nostre ecclesie in omnibus, cui dabitis inde annuatim pro censu .I. eiminam blati ad mensuram de Monellis et .II. paria gallinarum et .I. par placentarum et .I. agnam. Accipimus inde a te .XV. solidos.

Actum est hoc .m. nonas aprilis anno dominice Incarnationis .MCXCVII.

+Agnes, Dei gratia abbatissa\*. Sig+num Saurine, deuote, sig+num Petri Martini. Sig+num Berengarii de ipsa Turre. Sig+num Arnalli Benedicti. Sig+num Marie, deuote.

[Erme]ngaudus presbiter, qui hoc rogatus scripsi, die annoque prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 154-155